

UTERUS, cùm aliàs sexcentarum ærumnarum fœminis  
autor ab Hippocr. nominetur, si malè sit dispositus, obstruens,  
debilisque, etiam huic malo materiam colligere potest.

VIAE sunt ARTERIAE, propagatae ab ILLIACA, quæ ab  
domine egressa vocatur CRURALIS. Hæc varias cum emisit  
propagines, quæ MUSCULÆ dicuntur, indivisa tendit ad po-  
plitem, & POPLITÆAM constituit. Hæc item in duos dissilit  
ramos : quorum externus tantum tibiæ externam perreptat  
partem ; alter penetrat suras & SURALIS dicitur. Hic sub  
plantâ pedis disseminatur, & ad pollicis usque musculum ten-  
dit. Per hanc arteriolam primò omnium peccantes humores  
in doloribus podagrīs ad monticulum pollicis lateralem, qui  
illicò & omnium primò dolore affici solet, deferuntur. Videat-  
tur de his Excell. D. D. Praeses in differt. anatomic. lib. 2. cap. 61. de ar-  
teriis pedis. Copiose etiam de iisdem agit Adrianus Spigelius in tra-  
ctatu de Arthritide.

Arteria cruralis recipit θηρίου humoris, iliaca & suralis  
deferunt, oscilla pollicaris τὸ ἀετόν, ναυσιώδη, ταρεμέτων  
καχυμώδη, superfluum nauseam quadam & exsiccatione eyomunt in  
debiles articulorum pollicis & pedis partes.

VENÆ etiam in extremitatibus & oscillis demittere ali-  
quid possunt ad fluxionis augmentum, quantumvis id sit exile &  
paucum. Venæ non solum sunt reduces, sed & quandoque edu-  
ces, cùm præ copiâ irruentem circulandum sanguinem ex arte-  
riis readsumere nequeunt, simul etiam de recepto modicum ma-  
nu mittere possunt.

Per has & non alias vias Fernelianas & Platerianas θηρίου  
podagrīam fieri confirmat 1. τὸ ὄγκωμα φονέα, μεθ' ὄγκης  
cum impetu, pulsus concitatus motu, influens sanguis. Per subcu-  
taneas externas vel internas in dorsi spinâ vias αἱρέως influxus  
hic fieri non potest. 2. infelix etiam subitaneæ mutationis mo-  
dus, cùm repellentia adhibentur, clarè ostendit, partim in arte-  
riis retrusum, partim in venas αἱρέως receptum & ad cor dela-  
tum, sicque impeditur circulationis motus, gravia illa sym-  
ptomata cordis, syncopen, palpitationem, febrim inducere.